de A°. 1544.

87/

Gedruckt de Wette V. No 2193 S. 627

Gratiam et pacem in Domino gratulamur
vocationi tuae mi Dne Doctor, et pre-
camur tibi et Göttingens: benedictio-
nem largam Spiritus S. ut facias fru-
ctum plurimum ad gloriam Dei. Vale
in pace et Dominus sit tecum. Amen.

Si Arnstadensis Senatus a nobis petierit aliquem,
inveniet nos, non quales vellet, sicut scripsi ad ei-
um isthic Petrum Waltdorff. Vehementer e-
nim offendit eorum ingratitudo et nequitia. Deus
reddit eis. Caeterum in Ecclesia tua memineris ma-
ximopere, ut orationes et obsecrationes excites
in populo pro convitiis et Ecclesia singulatim pro
principibus nostrae confessionis. Item pro Caesare
ut Spiritu bono regatur. Nam horribiliter fu-
rit Satan ut nova scribuntur nobis fide digna.
Gallus invasit ab integro Caesarem capto quodam
oppido bono per fraudem. Huic se junxit Pa-
pa, Veneti, Turca et alunt Barbarossam Ducem Tur-
cae classis singulis mensibus 300000 coronatorum.
Deinde Gallus tradidit Barbarossae portum quen-
dam et aedificatur ibi templum Mahometicum con-
sensu Papae. Sic faciunt pro Ecclesia caput Ecclesiae,
et Christianissimus Rex Ecclesiae. Sic pecuniam
ex indulgentiis, annatis et reditibus infinitis
omnium Ecclesiarum contra Turcam tot annis
extortam exponunt pro Ecclesia, o tempora!

ô Sathan! Veni ô Domine Jesu, veni tempus
finiendi Domino Amen. Vale in Domino cum
tuis. Die Dorotheae Ao 1544.

Martinus Lutherus D.

6.2

Inscriptio.

Egregio Domino Joachimo Morlino,
Theologiae Doctori Ecclesiae Göttin-
gensium Episcopo fideli servo et
sincero suo in Christo fratri
charissimo.

Egregio Viro Dno Joachimo Morlino,
Theologiae Doctori Ecclesiae Göttingen-
sium Episcopo fideli, suo in Dno fratri
carissimo

Gratiam et Pacem in Domino.

88.)
Gedruckt
de Wette
V. Nr 2235
S. 685.

Miror, quod tibi opus sit ista consultatione, mi Dne
Doctor, quasi ignotum sit Tibi, quid praedicare debeas
Non habes legem et Evangelium? secundum haec scis
praedicandum esse verbum Dei, ut percutias et sanes,
mortifices et vivifices. Forte vel hoc frustrasse
ra, ut omnes audiant, et ament verbum vel legem si-
ne Evangelio urges, quasi te, non Deum audire,
vel à Te cogi se putent, sufficiat tibi, si quarta pars
terrae semen capiat, nisi melior Christo velis esse,
aut Elia, qui 7000 contentus fuit. Propter placi-
dos esto placidus, duros ubi legem dixeris, finito, cu
Deo rixari sufficit te fuisse, tuo officio functum
Legant ipsi scripturas, si tibi non credunt. Erit tempus
et quotidie jam est à veritate abhorrebunt, Alia quae
scribam, ô habeo, tu ipse cum nosti scripturas, bene in
Dno vale et ora pro nobis 2. octobr Anno 1544.

Martinus Luther D.